LITANIE KE VŠEM SVATÝM

Kyrie, eleison.	Kyrie, eleison.
Christe, eleison.	Christe, eleison.
Kyrie, eleison.	Kyrie, eleison.
Sancta Maria, Mater Dei,	ora pro nobis.
Sancte Michæl,	ora pro nobis.
Sancti Angeli Dei,	orate pro nobis.
Sancte Ioannes Baptista,	ora pro nobis.
Sancte Joseph,	ora pro nobis.
Sancti Petre et Paule,	orate pro nobis.
Sancte Ioannes,	ora pro nobis.
Sancta Anna,	ora pro nobis.
Sancta Maria Magdalena,	ora pro nobis.
Sancti Stephane et Laurenti,	orate pro nobis.
Sancte Venceslæ,	ora pro nobis.
Sancte Adalberte,	ora pro nobis.
Sancta Agnes,	ora pro nobis.
Sancta Ludmilla	ora pro nobis.
Sancte Basili,	ora pro nobis.
Sancte Augustine,	ora pro nobis.
Sancte Antoni,	ora pro nobis.
Sancte Pachomi,	ora pro nobis.
Sancte pater Benedicte,	ora pro nobis.
Sancti Roberte, Alberice et Stephane,	orate pro nobis.
Sancte Bernarde,	ora pro nobis.
Sancte Procopi,	ora pro nobis.
Sancti Francisce et Dominice,	orate pro nobis.

Sancte Ignati de Loyola,	**ora pro nobis.**
Sancta Scholastica,	**ora pro nobis.**
Sancta Lutgardis,	**ora pro nobis.**
Sancta Catharina Senensis,	**ora pro nobis.**
Sancta Teresia a Iesu,	**ora pro nobis.**
Beata Maria Gabriella,	**ora pro nobis.**
Omnes Sancti et Sanctvæ Dei,	**orate pro nobis.**

Propitius esto,	**libera nos, Domine.**
Ab omni malo,	**libera nos, Domine.**
Ab omni peccato,	**libera nos, Domine.**
A morte perpetua,	**libera nos, Domine.**
Per incarnationem tuam,	**libera nos, Domine.**
Per mortem et resurectionem tuam,	**libera nos, Domine.**
Per effusionem Spiritus Sancti,	**libera nos, Domine.**

Peccatores,	**te rogamus, audi nos.**
Ut ecclesiæ vitam, famuli tui oblatione et apostolatu, uberiorem præstare digneris,	**te rogamus, audi nos.**
Ut in famulo tuo Papa nostro N. ceterisque Episcopis Sancti Spiritus dona in dies adaugere digneris,	**te rogamus, audi nos.**
Ut religiosorum vitam et operam ad humanæ societatis profectum ordinare digneris,	**te rogamus, audi nos.**

Ut universos homines
ad vitæ christianæ plenitudinem

ducere digneris, te rogamus, audi nos.

Ut in omnibus familiis tibi dicatis
Christi caritatem et Fundatorum spiritum
conservare et augere digneris, te rogamus, audi nos.

Ut omnes qui evangelica profitentur consilia
operi Redemptoris
plenius adsociare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut loca nostra
et omnes habitantes in eis
visitare et consolari digneris, te rogamus, audi nos.

Ut regularibus disciplinis
nos instruere digneris, te rogamus, audi nos.

Ut famuli(-orum) tui(-orum) parentes
pro munere quod tibi obtulerunt
cælestibus donis locupletare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut hunc famulum(-os) tuum(-os),
Fratrem(-es) nostrum(-os),
in hac servitii tui schola
benedicere et sanctificare digneris, te rogamus, audi nos.

Iesu, Fili Dei vivi, te rogamus, audi nos.

Christe, audi nos. Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos. Christe, exaudi nos.